Quomodo ergo inuocabit, in quē nō crediderūt. Aut quomō credent ei, quē nō audierūt quomodo aut audient sine prædicatē, quō uero prædicabunt, nisi mittant, sicut scriptū est, q̄ speciosi sunt pedes annuntiantū pacē, annuntiantū bona. Dixit superius quicunq; inuocauerit eū, saluabitur, coarguit itaq; negligentia & incredulitatis hoc loco, quia non inuocauerit. Cur em̄ inquit nō inuocauerit? Qui nō crediderūt, quā obrem nō crediderūt? Nū quia nō audierūt? nequaquā. Audierunt quidē & persepe. Mox obiectionē hanc subdit: At quo pacto poterāt sine prædicante audire? proinde hanc soluit, dicens. At qui multi sunt ad eos, qui prædicarent transmissi. At unde id liquet (dicit aliquis) fuisse hos ad illos dimissos. Ad id demū propheta producit dicentē: q̄ pulchri sunt pedes annuntiantū pacē, annuntiantū bona. Nihil em̄ circa actū prædicatō apostoli, præter bona illa ineffabilia & pacē. Quæ esset iā deo cū hominibus ipsis conciliata. Fit ergo ut fidei nō susceptor crimē ascribat Iudæis, q̄ nō ceperint prædicantes.

Quo paucoꝝ in
credulitatē nū
bil lacrimarū pas
situr euangeli
ca ueritas.

Sed nō omnes obediunt euāgelio. Esaias em̄ dicit: Domine quis credit auditui nostro. Cū prædicatores dixisset propheta fuisse testimonio comprobatos, quod diuinitus essent in mundū transmissi, eo quod oportuisset ut audirentur ab omnibus, haud dubie, inquit, non omnes euāgelio paruertit, nihil tamen ob id iacturæ patitur ueritas. Illud uero iam pridem Esaias prædixit, quis credidit auditui nostro. Perinde ac si dicat, per pauci auditui nostro obtemperarunt.

Ergo fides ex auditu, auditus autē per uerbū Christi. Hoc dictū a superioribus pendet, ac ueluti perorat. Et terminat quæ sup̄ius dixerat, præter dicit q̄ aliud quiddā de dictū. Nā cū Iudæis per singula tēpora postulantibus signa & resurrectionē quærētibus pene oculis intueri. Fide dicit ex auditu cōstare, quin etiā auditu esse præstatiōrē, eoq; præter hāc nō esse aliq̄ quippiā expetendū. Si quidē auditio hæc nō in dictis quibusdā simplicibus, sed diuinis cōsistat. Itaque si miracula q̄ a deo prodeunt flagitas, erit tibi & uerbis, ut ab eo enuntiat, fides præstada.

Et auditu fide
constare.

Sed dico, nunquid nō audierunt? & quidē, in omnē terrā exiit sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū. Haud secus respondet, q̄ si quispiam diceret, quid ad Iudæos illud, si missi sunt qui euāgelii prædicarent. Hi tamē horū neminē intellexerunt. Inquit igitur terrarū orbis hos audiuit, & hi dūtaxat sunt auditionis huius expertes, apud quos tā diu sunt prædicantes apostoli diuersati, essent q̄ eorum ex genere oriundi, Quo ergo pacto rationis quippiā habere in se uidebuntur hæc dicta?

Sed dico, nūquid Israel non cognouit. Alia rursus obiectio. Si constat (inquit aliquis) prædicasse apostolos, hos uero istorū dicta nihil exaudisse, ergo nec ueniam merebuntur.

Primus Moyse dicit, ego ad æmulationē uos adducā in nō gentē, in gentē insipientē, in irā uos mittā. Et si nō aliunde, ex honore saltē, qui gētibz ipsi impensus est, sapere debuissent. Nā cum eos spectarent qui idolis inseruissent, fuisse tot bonis repente donatos, oportuit eos uel zelo ductos p̄nocere, has esse gentes de quibus Moyse præcinnisset. Non em̄ solū honoris im̄mensitas hęc satis iā uidebatur, ut sese ad gentes sectādas impelleret, quin illud etiā quod adiecti & uiles adeo haberent, qui tantis essent affecti honoribus, ut nec pro gētibz quidē credi apud alios possent. Id em̄ designat qd̄ inquit, qui gentes nō sunt & insipientes. Nam quid dari gentilibus ipsos potest infultus, qui lignis & lapidibus inhierant?

Esaias autē aude dicit q̄. Inuentus sum a non quærētibz me, palā apparui his qui me nō interrogabant. Moysem cū dixisset priorem fuisse de gētibz uaticinatū, mox aliū inducit propheta eadē illa apertius asserentē. Esaias inquit ueniens aude & dicit, id est, uisus est q̄ uera sunt nudius explicare, & potius discrimen subire, q̄ obticere. Inuentus autē sum (inquit) a gentibus qui minus me quærērent, nec plane rogarēt. Quos autē Moyse gentē insipientem appellat, hos Esaias non quærēntes neq; rogantes dicit, tanquam indociles & rationis expertes, & quibus essent dei uerba

Esaiæ testimo
nium.

uerba infensa. Oportuit itaque uel ex his omnibus Iudæos non ignorare se se fuisse de populo & esse alienos, & gentes inductas.

Ad Israel autē dicit, tota die expandi manus meas ad populum nō credentē, sed cōtradicentem mihi. Non causam habeat excusandi, q̄ se gentibus deus inuenit facile pbuisset, uis uero cōuersione defugerit. Sicut inq̄: Tota die, id est, p̄ omne tēpus manus meas expādi, ut uos ad traherē, at uos populus incredulus quidē & cōtūmax obstinatis, uobis itaq̄ id. crimini dā, nō mihi. Ipse nāq̄ diffētis brachijs, ad me ut iretis, hortatus sum, uos tñ minime paruistis, unde patet sane Israelitas & prādicantes auduisse apostolos, & cognouisse, haud tamen uoluisse illorum dictis obtemperare.

Populus Incredulus

CAP. XI.

Dico ergo, nunquid repulit deus populum suū? Absit. Nā & ego Israelita sum ex femine Abrahamā, de tribu Benjamin, nō repulit deus plebē suā quā p̄sciuit. Cū Israelitas a firmo populo cōtūmacē, p̄inde ac si dubitās inq̄, nū q̄ populus sit inobediēs, eo & falsae sunt repromissiones: Minime. Neq̄ enī q̄ p̄sciuit populum deus reiecit. i. q̄ nouerat eē ad fidē suscipiendā idoneū. Sū etēnī & ipse Israelita. Deinde, ne illi obijcerēt, te rogo solū p̄ populo ducis, rursum infert, nō reiecit deū populum suū, cum cōstet, uidelicet ad hominē tria milia exitisse. Sicuti patet in actis apostolorum, & alijs infinitis, qui in Christum crediderunt.

An ignoratis in Helia qd dicit scriptura, quēadmodū interpellat deū aduersum Israel. Dñe, prophetas tuos occiderūt, altaria tua subfoderunt, & ego relictus sum solus, & quærūt animam meā. Sed qd dicit illi responsum diuinū: Reliqui mihi septē milia uirōz, q̄ nō curauerūt genua ante Baal. Ne forte id dixerint, qd ais Paule, tribus milibus aut milibus quinq̄ uel innumera multitudine tantū populi terminabis, q̄ arena & stellis assimilet: Inquit igitur Helia tēporibus milia hominū septē superfuisset, q̄bus erat de salute sperandū quod tamē nec Helia ipsi innotuit. Nūc uero nō iniuria dixerim, q̄ plurimos esse qui Christi fidē exceperint. Quod si uos latet, nil mirū, quādo quidē & Helias ille suae aetatis hoies ignoraret, q̄ salui essent futuri. Tacite autē cū rē aliā uidet tractare, & Christi mortē interferit, cuius se cāde hi inquinassent iā pridē & ab initio prādicatā. Verū ne asserat illi Christū se occidisse ut seductore: quo pacto (inquit) & p̄ricos illos prophetas maiores uestri e medio sustulerunt, nū & illi seductores fuerē? At nobis dictū sunt pro eo: licentia & molesti erāt & graues, uerū cur illi & altaria disturbāt, nū illa poterant improbare: Cur prāterea & Helia qui pro eo salute intercederet, facitaret admiratōe quēq̄ dignissima ut morte afficerent, conquirebant. Cū itaq̄ tantus esset improboz hominū numerus, septē milia dūtaxat sibi elegit dñs, sicuti responsum diuinū dicit, id est, apparet deus & loquens. Haud igitur est quoq̄ modo mirandum, si uel gentes & quos dignos prāsciuerit, selegit deus, quod clarius in sequentibus demonstrabit.

Helias

Judaei prophetas primo e medio sustulerunt

Sic ergo in hoc tēpore reliquiae scdm electionē gr̄ae saluae factae sunt. Quēadmodū enim frumentū, cōtusis, eiectisq̄ paleis purius residet, sic malos reprobos deus, sibi digniores reliquit. Cū autem secundū electionē (inquit) gentiū studiū patefacit, quo sibi sint electionis huiusce dignitatem adepti. Cum nerō gratiae dicit, dei dono id factum prae tendit. Si autē gratia, iā nō ex operibus. Alioqui gratia iā nō est gratia. Maximū sane in modū excusabiles fore hos asserit, qui ex Iudaeis Christi fidē nō exceperint, perinde ac si dicat. Nec enim excusare illud potestis negotia deū & labores exactoz, ab his, qui se & sectentur & colant, quippe qui omnia sit p̄ grām elargitus. Cur ergo salutē respuitis: prāsertim cū id boni possit tā facile uendicari. Volentes itaq̄ omnes salui sunt facti, quos dei ex populo esse constaret. Nequa q̄ ergo populum suum repudiat deus, qui dignus salute sit.

Horadiligenter

Si autē ex operibus, nō ultra est gratia. Quoniā opus nō amplius est opus. Si ex operibus deo grati efficiemur, uacaret gr̄a, si uero gratia uacaret & superuacanea sit, uel opa ipsa tollantur necesse est, ubi enī gratia inerit, nulla requiritur operatio. Et ubi operatio, gratia nulla exigitur.

Quid ergo quod quærēbat Israel. Hoc non est consecutus, electio autē consecuta est. Cum aperuit quid gratia sit, eamq̄ dei donū sine ullis operibus hominū esse monstrasset, asserit demū Israelitas cū iustificacionē conquirerent, nequaquā fuisse hanc consecutos, quia nec recte quessissent. Et ex operibus ipsis, quod fieri non poterat, iustitiā se habituros sperarent. Electio autē, hoc est, qui electi fuissent, illam sunt nacti. Ostendit itaq̄ per hanc electionis appellationē, futurorū bonoz magnitudinē, & dei munere cuncta euenire mortalibus. Est & illud huiusmodi apud nos sermone uernaculo usurpatum, consecutus est ille quod cordi habebat, hoc est, sine labore, oblatum aliquod uelro inuenit.

Israelitas iustificatione nō assecuti sunt.

Quaerit uero excusati sunt, sicut scriptū est, dedit illis deus spiritū cōpunctionis, oculos ut nō uideant, & aures ut non audiant usq̄ in hodiernū diē. Esaiā huiusce cecitatis testē producit, ne sua uideat narrare & propria. Dedit autē deus, id est, fuit permittēq̄ ut spiritū cōpunctionis haberent. Cōpunctionē autē dicit animi habitū quēndā pertinacē ad malū & immutabilē. Hoīz itaq̄ insanabile mentē & in malo constantē, cōpunctionem appellat. Quandoquidem hi & oculos haberent, quibus possent miracula intueri, & aures, quibus domini doctrinam perciperent.

Cōpunctio ad apud Paulum

His tñ utriusq̄ nihil opportune sunt usi, neq̄ hos modo sensus Christo domio, sed ne apostolis quidem accomodarunt. Et David dicit, fiat mensa eoz corā ipsis in laqueū & in captione, & in scandalū & in retributionē illis. Obscurent oculi eoz, ne uideant, & dorsum eoz semper incurra. Qui enī pseuerant in malo nec immutant, extremis supplicijs diuexabuntur. Et mensa eoz, id est, uniuersa fortuna bona & deliciae oēs his ipsis in contrariū cedent. Capiant insuper & cōprehendant, & cunctis sint in capturā perfaciles, in omnēq̄ suā uitā & scandalū habeat, & prae cecitate offendant. Haec autē ex prauis actionibus & peccatis perpeti Iudæos monstrasset & mercede simul expōnit. His enī inquit, & oculi sunt ne uideant obtenebrati, & metis profusus cecutiunt oculi, uel senfibiles quidē & corporei exteriorēsq̄ calamitatibus obscurātur, & illoz incuruātū est dorsum, quippe qui Romanoz seruitute & iugo premunt, a quo nunq̄ soluentur.

Dico ergo, nunquid sic offenderunt ut caderēt? Absit. Cū satis iā eos carpsisset, quēadmodū cōsoletur nunc quærūt, rogatq̄, nū hi deliquerunt ut caderent. Id est, num facinus in sanabile aliquod cōmiserunt? Absit. Offenderunt enī, id est, illusi sunt. Nec tamen adeo, ut profusus acti, prae cipites uideant, uel ita collapsi, ut se, cū uelint, nequeant aliquando atollere. Sunt nāq̄ & hi uel in seculi cōsummatione habituri salutem, ita ut salui fiant, sicuti et in oratione processu asseritur est Paulus.

Sed illoz delicto salus gentibus, ut illos æmulentur. Duo quā dā hic nitiur Paulus, ut Iudæos soletur, & gentiū timorē & insolentiā frenet. Inquitq̄ Iudæorum ex lapsu & diffidentia, nec Christi prae stita fide, salutem obuenerit gentilibus. Erat sane id consequens & res ipsa identidē uidebat exposcere, ut horū Iudaei gentiū prae ueniret salutē. Sed quoniā minus hi paruissent, uocatae sunt gentes, quod multis in locis in euangelio demonstratur. Saluati sunt quidē gentiles ut illos æmulent, id est, gentibus collati honores, cū Iudæos momorderint, ut harum æmulatione sese, ut ad fidem conferant, persuadebunt.

Et Iudaei lapsi ac diffidentia salus obuenerit gentibus

Quod si delictū illoz diuitiae sunt mundi, & diminutio eoz diuitiae gentiū, quanto magis plenitudo eorum. Si cū offendissent (inquit) Iudaei, tam multis peperere salutē, ut ipsis eiectis admittē sint gentes, & illorū peccatū diuitiarum loco gentilibus cesserit, quāto magis plenitudo ipsorū. Id est, cum & ipsi salutem fuerint p̄nitendo adepti, haec quidē eo nunc differit ut Iudaei gratificetur, & solamen his aliquod afferat. Non enim gentiles si fide caruissent, idcirco salui fuissent esse ēti, q̄ offendissent Iudaei.

Tobis enī dico gentibus, quādū quidē ego sum gentiū apostolus. Ministeriū enī meū honorifico, si quo modo ad æmulandū prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Rursum cum Iudaeorū demulcer animos, gentiles coercet, inquitq̄: Ludo uos o gentes duabus de causis. Primum, quia necesse est mihi, ut pote qui uos institutos susceperim, honorificare ministeriū meum, id est uos. Secundum, ut ad æmulationem prouocem carnē meā, hoc est Iudæos, sanguine mihi secundū carnem cōiunctos, & saluos faciam. Nec uniuersos dixit, sed aliquos, tacite etiā illoz duriciam patefacit, & eorundem nōnullos æmulatione quadā inductos & contentione, nec suspicatur gentiles imitatos & suscepturos fidem.

Paulus aplin se gentiū vocat.

Si enī amissio eoz reconciliatio mundi, quae assumptio, nisi uita ex mortuis. Si cū Iudaeis (inquit) succenseret deus, tantis alios donauit bonis, & cū inimicis amicitiam cōciliauit, quibus nō ille largitionibus Iudæos est ornaturus, si illos susceperit. Erit enim tunc ex mortuis uita, id est, bona innumera, id enim prae fert per uitā. Simul etiam nescio quid profundius aperit, uidelicet, quemadmodū a mortuis resurrectio, ut non Iudaeorū gratia futura est, sic nec illorū respectu alijs obuentura est salus, nisi fidem habuerint. Quae cūq̄ autē dicere pro Iudaeis niti, lenta t̄dam gratificatione & figida ad illorum gratiam loquitur, nec secus ac solent medici ægrotantibus plerunq̄ gratificari.

Quod si delibatio sancta est, & massa. Et si radix sancta, & rami. Delibationē & radicē patriarchas appellat, fermentū uero & ramos q̄ illoz persuasum crediderint. Cōsolat itaq̄ infideles Iudæos, & uos inquit credētes, sancti moniā cōparabit. Est enī necesse ut delibationi, id est, fermento & massa perfimilis sit, & radicibus rami. Quod si uos non hanc fueritis similitudinem nacti, & summa erit in uobis & pertinacis nequitiae argumentum.

Patriarche de libatio vocant.

Quod si aliquid ex ramis fracti sunt, tu autem cū oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Infideles Iudæos ramos appellat contractos, sunt enim sanctiori hac indigni radice redditi. Et recte contracti dixit. Siquidē nunq̄ antea cōstat perdidisse hos deū, uel grauius delinquentes, ut in praesentia sunt perdit. Pro his itaq̄ insertus est inquit gentilis. Non tamē plātatus dixit, sed insertus, ostendēs Iudaeum pro arbore. Quin etiā eadē in arbore, i. patriarchis ipsis, gentiū cōsistere nationē, participēq̄ & radicis esse & qualitatis effectam, i. eiusdem sortitam esse a deo cū illis, & ingenuitatis & gloriae portionem. Haudquaquā ergo in ramos iactabundus ipse insurgas.

Insertus, non plātatus

Quod si gloriaris nō tu radicē portas, sed radicē te. Id sane auulsoz ramos erit officii. Nā radicis

Hista

Gentiles fidei
beneficio Judæis
sunt parati

Gentiles insti-
tutijs & iudicij
quia in Iudeo-
rum honorem
successerint.

Secundum na-
turam, & preter
naturam quod apud
Pauli.

Esaiæ verba a
Paulo citata.

Paulus Israe-
litas cõfirmat.

radicis est sustinere, uides q̄ frigide gratificet Iudæis cõsolari illos dūtaxat studēs. Quin potius
ut gētes se cōtētur, hos cōcitat, aperies qualē sint iacturā perpeffi, quē admodū alijs sua possideant.
Dices ergo, fracti sunt rami, ut ego in serar, bñ propter infidelitatē fracti sunt, tu autē fide stas
Noli altū sapere, sed time. ¶ Ostēdit hoc loco nō p̄pterea fuisse gētes iuductos, q̄ cõmississent
Iudæi, sed fidei grā, quā præ se tulerint illi. Quibus uero in rebus uidēti nationē frenare,
Iudæos magis emendat uenia quauis cõmississe indigna. Interea tamē & Gentilē instituit & Iu-
deo. Inquis igitur tu, q̄ gentilis sis, idē o fuisse gentiles effractus, ut in seraris ipse. Effracti sunt
equidē, se d̄ ipsos infidelitate, nō ut honorē aliquē tibi deberet deus, stetit i em fide. i. p̄ fidem
radici insertus. Itaq; & tibi ne cadas uerendū est, q̄ nō naturæ insertio, sed fidei fit.

Si em deus naturalibus ramis nō pepercit, forte nec tibi parcat. ¶ Illi inquit sanctorū erant
patriarcharū filij, & fuere ob infidelitatē diffracti. Timendū ergo & tibi erit, qui inducitur sis,
& nuper admissus, ne forte & delinquenti tibi non parcat.

Uide ergo bonitatē & seueritatē dei. In eos qdē q̄ ceciderūt seueritatē. In te autē bonitatē dei
si pmanferis in bonitate. Alioq; & tu excideris, & illi si nō pmanferint in incredulitate, inserētur
Potēs est em iteq; inferere illos. ¶ Nō em qd̄ recte egeris aduerte inquit, sed dei bonitatē atten-
de. Nā oīm summa huic in gratia uerfat. Et cura, ut incūbas nō fidei dixit, sed bonitati, hoc est,
aduq; finē ea facito sedulo qd̄ dei sint nō indigna clemētia. Nam si haud ita gesseris, nō aliter ipse
es pēndus. Atq; illi certo sunt inserēdi, si nō in infidelitate p̄stiterint. Neq; em illos prior p̄ce-
dit deus, sed ipi p se sunt ob suā incredulitatē p̄cisi. Dei autē dicit seueritatē, q̄ nil illis peperc-
rit, tā prae labēribus, sed indignos potius iudicari, q̄ primoribus illis & sanctis patribus parti-
cipes esse n̄, uel aliquo cū illis uinculo ne ceterē. Prudētē autē ex his q̄ Iudæo obtigerint, gētilē
p̄terefacit, & Iudæū hortat gētilis exēplo, ut p̄ fidē & ipse inserat, reddiq; illū ob dei potestatē
& sp̄i plenū. Potēs em, inq; est deus insertionē hāc facere, q̄ oia supra humanā spem operatur

Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & cōtra naturā insertus es in bonā oliuā, q̄to magis
hi q̄ scdm naturā inserent suā oliuā. ¶ Si gentilis ipse cū improbus sis, maiores tuos habe-
as oleastro affimiles, a quibus si ob fidē abscessis, & p̄ter naturā fueris bonæ oliuæ. i. patriarchis, in-
sertus, q̄to magis Iudæus q̄ natura id boni possideat, nō ne ad suā oliuā. i. ad suos patres cōfugiet.
Secūdu naturā cū a Paulo dictū inuenieris, pro re decētī & q̄ ut sequat necesse fit accipias. Exem-
pli grā, decuit sane Abraham filij patris sanctitatem sectari, & sanctū fore. Et contra cum præter
naturam dixerit, pro indecētī & alieno fumendum est. Præter naturam est enim, filium qui a
scelerato gentili fit ortus, posse sanctitatem seruare.

Nolo autē uos ignorare fratres mysteriū hoc, ut nō sitis uobis ipsi sapiētes. Quia cæcitas ex
parte cōtigit in Israel, donec plenitudo gentiū intraret, & sic oīs Israel saluus fieret. ¶ Mysteriū
hoc loco illud inquit, qd̄ nō dū uel sciri queat, uel explicari. Quod illud erit? Id scilicet, qd̄ nō pe-
nitens infideles Iudæi futuri sint, sed ex parte illos fit cæcitas. Nā (ut superius diximus) ex eis ple-
riq; q̄s deus præciserit, fidē sunt affecti, & alij rursum sunt credituri. Sunt tñ interea cæcitate hi
capti, donec ex gētibz p̄destinati saluent, tūc demū q̄cūq; crediderit Israelita uidelicet saluū fiet
Sicut scriptū est, ueniet ex Syon q̄ eripiat & auertat impietatē ab Iacob, & hoc illis a me te-
stimētū, cū abstulero p̄ctā eorū. ¶ Esaiā rursum clamitantē inducit, ex Syon proditūq; q̄ habe-
at cōdonandā salutis potestatē, & Israelitas purgādi p̄ctā. At quando hęc dicis futura, nimis
cū illos delicta sustulerim, id est cū per baptisimū uenia dignos reddiderim, quom nondum sunt
consecuti, quippe qui cæcitate laborent, cū hanc tandem omnino sint habituri.

Secundū euangeliū quidē inimici propter uos, secundū electionē autē charissimi propter pa-
tres, sine penitentia em sunt dona & uocatio dei. ¶ Quoniā euāgelio, inquit, ipsi obtēperatis
& estis a deo expti, cōtentiosiores illi effecti sunt, & descuerūt magis & inimicitias acrius uobis
cū exercent. Et quemadmodū istos progenitores ab initio deus elegit, sic nec finet hos pror-
sus ridi sperditū Quippe quos diligit & suscepturus fit demū, si credant.

Sicut em aliquādo & uos nō credidistis deo, nūc autē misericordiā cōsecuti estis, propter illo-
rū incredulitatē, ita & isti non crediderunt in uestrā misericordiā, ut & ipsi misericordiā conse-
quant. ¶ Confirmat Israelitas adhuc demū futuros. Vos quidē gentiles, inquis, & si priores
uocati parere deo nil uoluistis, quo factū est, ut Iudæi acciti sint, & legē acceperint. Deinceps his
rursum excisus, nec Christo obtēperantibus, reuocati uos estis & misericordiā cōsecutiq; & com-
missos remissio p̄ uos impetrata uel his condonabit, quādoquidē & ipsi uos imitati, credituri
sunt tandem. Vnde & eādē quā ipsi iam estis adepti misericordiam, consequentur.

¶ Concludit em dñs oia in incredulitate, ut oīm miserat. ¶ Id est, coarguit hos incredulos, ut
alterna cōtentionē alteros saluos reddat. Prius nāq; ob gentiliū cōtumaciā saluabit Iudæos. Rur-
sum (ut dictū est) Iudæis min⁹ obtēperātibus, gētilis salui sunt facti. His salutē adeptis, amulati-
onē impulsu Iudæi, salutē nouissimis seculis uendicabit, ita ut oēs dei misericordiā assequantur.

¶ Altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei, q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inuesti-
gabiles uitæ eius. ¶ Dei dispositiones reputans secū apostolus, uel quæ a mundi constitutione
fuere unquā, animo uersans. Quemadmodum, si contraria constare contrarijs faciāt, per que al-
terius inobedientiam, alterius obsequiū arguat, miratur, & obstupescit. Nihil diffusius, q̄ nostra
tam optime disposuerit, uel in futurū de Iudæos salute rationem deniq; habitus. Diuitias uero
bonitatem appellat, cuius uel solam altitudinē demiratur, quin de quantitate nil disserēs cō-
ticescat. Diuitiarū uero ideō intulit, quia gentiles ipsos ex fide prædiuites fecerit. Cum bonita-
te prætere dei sapientiam expauescit, mirabundus & stupens, quæ & nostra dispenseret, & gen-
tiles indociles, reddat prudēiores. Et scientiā stupet, quæ quod cuiq; utile fit, facile inter noscit.
Nec eius incomprehensibilia iudicia dixit, sed inscrutabilia. i. quæ scrutari nequeat profus, nec
plane disquiri. Et uitæ, i. dispositiōes, quæ non modo nulla possunt cogitatōe complecti, sed ne
inuestigari quidem, nec ullum uestigium pateat.

fuere unquā, animo uersans. Quemadmodum, si contraria constare contrarijs faciāt, per que al-
terius inobedientiam, alterius obsequiū arguat, miratur, & obstupescit. Nihil diffusius, q̄ nostra
tam optime disposuerit, uel in futurū de Iudæos salute rationem deniq; habitus. Diuitias uero
bonitatem appellat, cuius uel solam altitudinē demiratur, quin de quantitate nil disserēs cō-
ticescat. Diuitiarū uero ideō intulit, quia gentiles ipsos ex fide prædiuites fecerit. Cum bonita-
te prætere dei sapientiam expauescit, mirabundus & stupens, quæ & nostra dispenseret, & gen-
tiles indociles, reddat prudēiores. Et scientiā stupet, quæ quod cuiq; utile fit, facile inter noscit.
Nec eius incomprehensibilia iudicia dixit, sed inscrutabilia. i. quæ scrutari nequeat profus, nec
plane disquiri. Et uitæ, i. dispositiōes, quæ non modo nulla possunt cogitatōe complecti, sed ne
inuestigari quidem, nec ullum uestigium pateat.

¶ Quis em cognouit sensum dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Aut q̄s prior dedit illi, ut retri-
bueretur ei. ¶ Solus (inq; quæ sua sunt nouit deus, & præter eū alius nemo. Cūq; & sapiēs sit,
ab alio cōsultore nemine est ad sapientiā eruditus, sed ipse sibi est satis, & bonos oīm fons: qd̄
cumq; largitur nō accepti muneris uicissitudine, nec ulli obnoxius, sed suapte bonitate largitur.
¶ Quis em prior tradidit illi, i. deo, ut ei retribueretur. i. ut dei beneficium tanq̄ remuneratio ali-
qua accepti officij reddita extimetur.

¶ Quoniā ex ipso & per ipm & in ipso facta sunt omnia. ¶ Ipse fons omniū est & origo, qd̄ cum
ex ipso (inq; præterit. Et omniū reꝝ effector, qd̄ per ipm significat, & in se cuncta comple-
ctitur, qd̄ cum in ipm dicit exprimitur. Vniuersi nanq; ab ipso ortum habēt, & p̄ ipm effecta
sunt, & in ipm tanq̄ in fundamentū aliqd̄ iuxta præstat & cōtinent, & uertuntur omnia.

¶ Ipsi gloria in secula seculorū. Amen. ¶ Solet Paulus cum magni aliqd̄ dixerit & gratias age-
re, petoras, quemadmodū & hoc loco facit. Nam postq̄ dei & bonitatē, & sapientiā, scientiāq;
& dispositiōes contēplando obstupuit, gloriā illi & laudē reddit, nosq; facere item instituit, ut
bonis affecti, ingentibus, & uerbis, & optimis uitæ actōibus, grās deo & laude referamus.

¶ Bsecro itaq; uos fratres, p̄ misericordiam dei ut exhibeatis corpora uestra hostiā uiuē
tem, sanctam, deo placentē, rationale obsequiū uestrū. ¶ Postq̄ satis est sermōni do-
matico immoratus, ad moralē p̄cedit. Vbi uero ineffabilem dei erga nos dispositiō-
nem ostendit & bonitatē, hortatur & orat, p̄ dei misericordiā. Proinde hanc media-
tricem proponat, ut huius saltē pudore ducti, nil ipsi agamus qd̄ sit ea indignū. Verum quid ille
orat? Nempe ut præparemus corpa nostra. i. ut illa ad præliū exponamus, dici em sic uulgo solet
Parauit militiā princeps ad bellum acies, & instruit. Vel quia debemus ipsi deo membra hęc no-
stra tanq̄ Imperatori proferre p̄batiōra & fortia. Istiusmodi em sunt q̄ principibus astant, & qui
etiā eadē illa in hostiā uiuā sunt offerenda, ut hifcē castigatis tandē & fere confectis, scdm spi-
ritū uitam ducamus. Enim uero nō Iudæos immolatio deo accepta. Quis em hāc (inquit) a ma-
nibus uestris requisitū. Fidelis uero sacrificiū & rationalis seruitus, magni in modum a deo
repositur. Inquit em, immola deo sacrificium laudis, & illud sacrificiū laudis honorificabit me.

Rationalis autē seruitus non solū quæ ratōe & iure optimo deo impenditur dici pōt, sed etiā que
scdm Chrm ducitur uitæ, cum nullū in nobis, qd̄ absurdius sit uitiū, dominatur. Sed nostra omnia
& ratio ipsa moderatur & æquitas. Et quemadmodum pontifex aliquis maximus sui iuris effi-
citur, cum internam maclat nequitiam. Et siue uerba hic faciat, siue qd̄ agat, deo uidetur assiste-
re. Sic tibi trepidandum assiduo, nec secus ac solet pontifex ille, cum rem agat diuinam & sacris
astat altaribus.

¶ Nolite cōfirmari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri. ¶ Et modū sugge-
rit quo fit rationalis hęc seruitus comparanda, q̄ modus tunc sane p̄ nos adhibebitur, cum nihil
erimus huic seculo ipsi conformes, qd̄ nihil habet, qd̄ aut diu constare possit, aut stabile sit, sed il-
lius cuncta & momentanea sunt, & figuram uel solam asseruant, nec substantiam habentaliq̄
quæ subsistat, & firmior sit. Noli te igitur huic seculo confirmari, nutabundo & labili. i. nolite
sapere quæ seculi sunt, sed mentis uestræ inuocatōe transformamini. Hoc est, inuocate uos ipsos
exempli grā: Es ipse diuturnis criminibus obuolutus, obduxit animū tuū prauis facinoribz, &
uetustioriam effectus est ille, nouum hunc reddito. Castiga & stude ut magis ac magis in uiam
redeat castigatus. Sic proculdubio inuoueris, cum formā hanc tuam ad meliora transfereris.
Aduerte autem eos nos conformari minus debere huic seculo dixisse, quia breue fit illud, & faci-
le dissoluitur, & figuram præ se labilem ferat. Cum uero de uirtute agit, & sp̄s inuocatōe tran-
formamini intulit, ut uirtutem ostendat, nullam habere in se adumbratam figuram, sed formā
ueram & subsistentem, nec illo indigere exteriori ornatu, quemadmodū mundus q̄ se & comit
q̄dem, & figuris q̄ ualidā expolit, ut nos fallat. Debemus itaq; semp in uirtutis effigiem transfor-
mari. Inuocatōe a prauis ad bonum desumpta, & a minor uirtute prouehi ad maiorem.

¶ Ut probetis quæ sit uoluntas dei bona, & bene placens & perfecta. ¶ Cum inuouamini di-
xerit, noui semper effecti, insert etiā cui rei condat istiusmodi mentis inuouatio. Inquitq; ut
præbeatis, id est, ut nōscatis quæ dei uoluntas sit, q̄ enim mentē gesserit ueritate consecratam, is
D geabet

Altitudo diuiti-
tarum dei

Paul⁹ sp̄s peto-
cum gratiarū
actione

CAP. XII

Rationalis ser-
uitus quæ dica-
tur a Paulo

Querēda sp̄s
inuoatio

Cui rei conda-
cat meris inno-
uatio quam po-
stulat Paulus.

ge abest a diuinae uoluntatis cognitōe, quæ sane exigit ut in spū & paupertate uiuaf, & iuctu, & alijs in rebus, quas lege cauit. At q̄ mente & animo innouat, tener haud dubie quid deus uelit. Nec tñ ea cognitōe q̄ & iudæi, q̄ a lege pendebant. Quæ & si p̄ dei tunc uoluntate in legē fit habita, alioqui nec grata fuit neq̄ p̄fecta. Non em̄ ut præcipua lata est illa, sed ob illoz̄ imbecillitatem concessa. Testamentum uero hoc nouū & p̄fectū est, & deo acceptum. Potest sc̄dm̄ Basilium dei uoluntas uel in hunc modū intelligi. Quod multa uult deus, quæ partim quia nobis in beneficiū cedunt, & bonitate sunt plena, bona dicuntur; partim mala, quia inferit malū. Quod p̄fecto tum fit, cum nostris prauis facinoribus irascit̄ deus, tamen si illoz̄ finis optimus fit futurus. Debem⁹ igit̄ bonā hāc dei imitari uolūtātē. Quæ uero fuerit ad malū p̄cliuior, nequāq̄ erat sectanda. Non em̄ ipsi inferendoz̄ maloz̄ sumus ministri, sed potestates illæ puer̄ funguntur hoc munere. Primū itaq̄ aduerte, quæ sit dei uoluntas in bonū. Quæ percepta, qd̄ illis deinceps fit beneplacitum, spectare. Sunt nāq̄ bona pleraq̄ quæ uel t̄p̄is rōne uel personæ nil placeant. Exempli gr̄a Bonum est qd̄m deo offerre incensum. Ozias tñ cum id obtulisset, non placuit. Bonum præ terea fuit, ut dei arcana discipulis crederent, haud tñ erat, cum nodum t̄p̄s adeset, deo id placitum. Non em̄, inq̄t, potestis nunc portare. Cum autē simul & bonū erit & beneplacens, curandum ut perfectum & integrum sit. Quod bonū cum erit hoc modo absolutum, ut res postulat, tribuēdū est. Nō mācū uel imminutū, sed in simplicitate. i. affatim & liberaliter.

Testamētū no
uum quā a lege
differat Basil⁹

2. Para. 26
Jobā. 16

2. Cor. 13

Sapere plusq̄
oportet qd̄ sit
apud Paulum

2. Cor. 13

Fides nra du
plex

2. Cor. 9.
Luc. 7
2. Cor. 17

1. Cor. 12
Ephē. 4

Prophecia

Administratio
donū qd̄ dā spū
ritale dicitur

2. Cor. 13
Dico em̄ per grām quæ data est mihi, om̄i q̄ est inter uos, non plus sapere q̄ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Præ sua humilitate Apostolus nullibi dignū se dicit, cui fides præferretur. Sed dei clementiā & grām sæpe interserit, quibus oia se consecutum fatei. Non meū aliqd̄ inq̄t, edidit, sed dei ex gratia, & ex suggestu dicta hæc profero. Omnibus autē edico tam priuato q̄ magistratū gerenti, non esse ultra q̄ scire oportet, sapiendū. Et primū qd̄m de humilitate dixerit. A qua & Christus exorsus est, cum inq̄t; Beati pauperes spū. Quod autē Paulus hoc loco sentit, huiusmodi est. Oportet qd̄m sapere, hoc est, excellam habere mentē, sed ad habendam celestium cognitionē, & conculcanda terrena, non ut in proximos superbiamus. Id em̄ foret longe plus sapere q̄ oportet. Sed ut sapiamus ad sobrietatē id est, ad humilitatem. Accipimus em̄ sapiam, non ut ea ad insipientiam, sed ad sobrietatem, hoc est, ad humilitatem utamur. Quod eo dixit, ut arguat q̄ se nō humilem exhibet, desipere, & plane afferri. Qui uero præ se tu lerit humilitatem, mente nunc esse integra, eoq̄ & optime sapere prædicari.

Tunciq̄ sicut deus diuisit mensurā fidei. Cum diceret nobis non ultra sapiendū. Et q̄ ratio ipsa depolcat, sed sobrie sapiendū, differit & quemadmodū sapere debeamus. Et ut sic sapiamus, ut putemus unicuiq̄ deū fuisse mensurā fidei impertitū. Et qm̄ singulis deus fidei mensuram diuisit, non em̄ id tua uirtute, sed dei munere effectū est, qd̄ siue magnū sit illud, siue exigū, deus ipse largitus est. Fides autē hoc loco p̄ dei grā sumēda est, qua illa miracula faciunt. Duplex nāq̄ est fides nra: altera, ut illud; Fides te saluū fecit. Altera, dei est donū, qua fuit miranda, ut illud si habueritis fidem ut coccum sinapis, dicetis moniti huic &c.

Sicut em̄ in uno corpore multa membra habemus, oia autē membra non eundē actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autē alter alterius membra. Corporis & membrorum exemplo eoq̄ tollit elationem, q̄ sapere ultra modū conquirunt. Nam quemadmodū unū est corpus, & membra habet diuersa, uarios actus operantia, sic & fideles ipsi unum in Christo sunt corpus, tanq̄ capiti innixi, & pro se quisq̄ ad inuicē alteri membrū. Ita ut non solū q̄ maior est, minoris sit membrū, sed minor maioris. Nolite ergo inuicē superbire, qñquidē & ipsi non secus ac membra, alterna ope indigetis.

Nabentes autē donatōes sc̄dm̄ grām quæ data est nobis, differentes, siue p̄phetiam secundū rōnem fidei. Non em̄ numez̄ uel magnitudinē uel paruitatē expressit eos habere, sed uarietatem, ut uel eo nomine ipso eoq̄ afferuntur reprimat insolentiā. Nec officia dixit & uirtutes, sed donatōes appellat, ut a deo asserat ista concedi. Quin etiā ut segniores ad studiū exciteret, ostendit & ipsos, ut frui his donis liceat, conferre aliqd̄ posse. Vnde, inquit, siue prophetiā secundum proportionē, quæ & si gratiæ sit loco habenda, haud tamen effunditur temere, sed tantum iussit, quantum uas aliquod offerat, qd̄ excipere se sit accommodū. Cuius prophetiā idcirco meminit prius, ut nos commonefaciat, ne cōdonemus uel delinquentes, q̄ id muneris sint consecuti, diceret deus quos mea gratia ipse non spoliarem, tu q̄ es, ut contemptui habeas.

Siue ministeriū in ministrando. Est sane priuatū quoddā dispensandi donū administratio, qualis illa septem diaconoz̄ fuit. Potest tamē pro quouis opere spiritali intelligi. Inferit igit̄ si quis administrationē susceperit, in administratione uidelicet maneat, neq̄ hanc præter aliud quærat, neq̄ in aliū superbiendo insurgat, sed maneat accepto contentus.

Siue qui docet in doctrina. Si generalem quandam administrationem intelligis, accipe etiam huius & species enumeratas. Si priuatam, attende quemadmodū uel huius prius fecerit mentionē. Vel inferior sit, & doctrinam quæ sit longe præstantior secundo loco posuerit, indiffe

differentem in his ordinem præferens, & plane per hæc instructurus, neq̄ intumescendum his esse, nec quoq̄ pacto superbendum, qui alijs præfere quauis gratia uideatur.

Qui exhortatur in exhortationibus. Quin etiam huiusmodi adhortatio doctrinæ quædam est species. Ea quippe dicitur esse doctrina uel simplex, quæ possit de re qualibet disputare abiecta. Exhortatio uero, quæ animum merore uel ira affectum, & continet uerbis & frenat. Qui igitur (inquit) hortatur in hortationibus perferet, hisq̄ & operam impendens, neminem per insolentiam aspernetur.

Qui tribuit in simplicitate, qui præfident in sollicitudine. Cum doctrinam & exhortationem cōmeminisset, quæ animis præfident ad tutelam, nunc de rebus corporeis differit, quæ seculo sunt loco habendæ. Simplicitatem autē abundantiam dicit. Est em̄ necesse abunde largiri. Nulla nāq̄ permanens est uirtus, quæ exercetur remissius. Accedit & uirgines, cum oleum haberent, alioqui quia satis esse non uidebat, fuisse reiectas. Nec minus & præfidentem oportet diligentissimū esse, nec munus sibi iniunctū exequi negligentius. Præfidentem nāq̄ est, cum uerbis, tum proprii corporis adminiculo opem præfere indigentibus. Et quoniā pecunijs uiuandos fore inopes dixit, & eaz̄ non multis sit copia. Esse tamen cum præfidentibus, egenis pro uiribus studiosissime succurrendum iniungit.

2. Cor. 27
Recligentiā
p̄lati.

Qui compatitur in hilaritate. Dixit superius abunde esse & sollicitate tribuendū. Et quoniā am pleriq̄, & si multa impartiantur, inuiti tamen id agunt, m̄c̄stiq̄ conferunt sua, necessarium fore inquit, ut in abundantia largitione nulla in sit tristitia, sed hilaritas potius & tranquillior facies. Est namq̄ lætandū magnopere cum tibi tenui quodā, & perexiguo pretio cœli uendicatis. Aduerte autē hoc largientis esse, & cōmiserantis discrimen, q̄ alter quod ab alio ceperit, in alium confert, alter uero quæ sua sunt tribuit.

Dandum cum
hilaritate

Dilectio sine simulatione. Ostendit quemadmodū perfici possint prædicta, nunc charitatem ait nequaquā debere fucam esse. Tunc em̄ & amorem dicit subsecuturæ, & cuncta factu fore facillima, cum is qui clementior sit, hilarē se in locando beneficio præferat, & diuitias alienis perinde ac sibi ipsi impartiat. Et si præfuerit om̄i studio præsit, quandoquidē proximi gratia non secus ac pro seipso contendat.

Odiens malum. Dixit in charitate, Et quoniā est noxiū quoddā amoris genus, cuiusmodi prædonū uel istiusmodi ad furta conspirantiū beneuolentia, illud inferit. Odientes malū, id est, ex animo malū odio habetote. Cūq̄ pleriq̄ sint q̄ & si re ipsa a prauis abstineant facinorosi, sunt tamē ea perpetrandi cupidiores. Odiū (inquit) aduersus nequitia qd̄ ex corde prode ar a uobis exegerim, ut anima purior sit & interior. Neq̄ cum illud auditis, amate uos inuicē, existimetis uos concitari, ut cōspiretis ad malū, sed uelim (qd̄ est his longe diuersum) alienos uos fieri, nō modo ab actiōibus prauis, sed etiam ab om̄i mentis affectu qui ducat ad malum.

Adherentes bono. Nec fat est mala defugere, sed incumbendū etiā ut bona operemur. Propterea & bono inhærentes dixit, id est, ut animi quodā affectu qd̄ bonū est prosequamini. Nec secus ac deus, cum uirtum semina arctius copularet, uxorinihærebit, subiecit.

Gene. 2

Charitatis fraternitatis inuicē diligētes. Cōmonefeci uos (inquit) ut mutua uos beneuolentia cōplectamini, & merito quidē id erit per uos exequendū, estis nāq̄ fraternitatis uinculo nexi, & una ex uulua & lauacro procreati. Aequū est itaq̄, ut ad inuicē amicitia in eatis, qua uel magis fraternitas hæc innotescat, ut amicitia quā fraternitas parit, gratior sit futura & firmitior.

In honore uos inuicem præuenientes. Differit hoc loco quemadmodum fraternitas hæc charitas diu sit permanens, tum scilicet, cum se fratres honore præuenierint, in eoq̄ exhibendo se, uel officijs alternis anticipent.

Sollicitudine non pigri. Quoniam uidentur pleriq̄ proximū animo duntaxat prosequi, nec tamen manum porrigunt indigentibus uel opem ferunt, studio esse inquit, & diligentia contentum, ut dum alijs præfidentibus, & auxilio sumus.

Non sufficit a/
mare nisi man⁹
porrigat egeri.

Spiritu feruentes. Haud secus ac quispiā roget, quo pacto efficiemur sollicitudine non pigri. Respondet, Si spū erimus feruentiores. Id est, si exciti fuerimus & charitatis ardore incensi. At illud uelim aduertat, qd̄ cū pleriq̄ uirtutis spēs explicasset, demū & spū feruentis intulerit, p̄inde ac si quis fuerit dicta hæc oia cōsecutus, & spūs sit grām habiturus, & ab eo incēsus feruescat.

Domino seruentes. Cum fraternitatis amore tenebris & charitatem simul habueris, & reliqua fueris, quæ superius narrata sunt nactus, tunc deo uideberis inferuire, qui in se excipit qd̄ cumq̄ in fratrem contuleris.

2. Cor. 27
Spes de futuris
ro

Spe gaudentes. Quoniā magna quædam & factu difficilia exegisse uidentur, ait nunc quemadmodum fieri hæc facillime queant, si spe, uidelicet ipsi uiuabimur, etenim uirilem admodum animum reddit spes, & ad obeunda pericula fidetioerem.

In tribulatione patientes. Et quoniā spes de futuris habetur, asserit eum tam in præsentibus hoc seculo, quam in futuro magni aliquid boni uendicaturum, qui ex angustia & pressuræ tolerantia de se periculum fecerit.

Orationi instantes. Magno uel id futurum est adiumento, id est, oratio ipsa ut consequi cuncta possimus quæ sunt superius explicata. Nec quidem simpliciter orantes dixit, sed orationi instantes, ut si nihil initio statim acceperis deprecatus, instanti tamen ad uotum cuncta per-

Eleemosynæ

Necessitatibus sanctorum communicantes. Superius dixit qui in hilaritate cōficias, miseratur, uniuersis plane manum porrexit, & opem tulit. Nunc uero de elemosyna meminit quæ infideles ipsos confertur, quos sanctos appellat, ne solum inquit, istos necessitatibus subueniente, quin uelim & participes sitis, arguens pro mercimonio id haberi oportere, cuius & lucrum commune sit concessurum, siquidem tibi tribuenti argentum, illi contra daturus sunt cœlum, sic sane cum nummis cœlestia commutabis. Nec delictis sanctorum dixit, sed necessitatibus succurrendum, ut orius impetret quod hortatur. Nam quo pacto non inhumani uel immanes potius uideri debent, qui sanctorum non subueniant indigentibus?

Non delictis sed necessitatibus succurrendum.

Hospitalitatem sectantes. Non dixit tractantes, sed sectantes, ut nos instruat, nil expectandum fore, ut nos ad eam pauperes, sed occurrendum potius esse. Insuper & persequendos hos esse, ut Abraham & Loth illum fecisse memoriam proditum est.

Gen. 18. 19.

Benedicite persequentibus uos, benedicite & nolite maledicere. Postquam eos de charitate fraterna & erga proximos amore instruxit, demum quemadmodum nos erga inimicos debeamus habere edidit. Neque id dixit, nolite uel odia exercere uel uindictas, sed quod præstantius est, benedictis prosequimini uobis infensos. Porro qui pro Christo se insectantibus benedixerit, arguit se id lætiori animo ferre, quod eius gratia tolerat, quem colat plurimum. Contra uero qui maledictis se laceffentem insequitur, eo grauius se id ferre quod patitur patet, quia cum nil amet, cuius ob gratiam iniuria laceffit.

Gaudere cum gaudentibus animi eab o inuidia liberi.

Elete cum flentibus, & gaudete cum gaudentibus. Mira est opus animi magnitudine, ut non modo uacemus inuidia, sed etiam ad gaudere possimus, lætitia exultantibus. Per id namque arguitur animus omni prorsus inuidia liber. Siquidem longe est maius gaudentibus congratulari, quam ad eum cum flentibus gemitum. Lachrymas namque natura suggerit, & ad cōmiserandum faciles reddit. Ad misericordiam igitur nos erudit & ut animo simus erga omnes beneuolentissimo, uel in eos ipsos qui nos persequuntur.

Superbia morbo laborabat Roma

Idipsum inuicē consentientes. Rursum de sobrietate & humilitate nunc diserit, & merito quidem. Insuperat enim in urbe regia, ut pote rerū potita, superbia morbus. Sensus autem huiusmodi est. & si magni te ducis, haud tamen qui frater sit, te inferiorē existimabis. Vt enim tenuem illū & humilem putas, sic uelim de te ipse & sentias. Hunc enim in modum omnem disparitatem quibus, nec illū contemnes tamquam tibi sit impar, sed æque hunc ac ipsum te honoribus prosequeris.

Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Quo pacto dicit aliquis, quod paulo ante dictū est, consequi quispiam poterit? Nempe si altior inquit, & superba minime sapuerimus, sed cum humilibus, id est, uilioribus abiectis & contemptibilibus consentiemus, id est, desereamus, & illorum nos sorti annumerabimus.

Dolens soceri consilio inuabat Erod. 13.

Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Hoc est, nolite uel uestræ prudentiæ uel uiribus ita cōfidere, ut existimetis nemine uos indigere consultore, & quæ recta sunt suggerere. Moyses enim, & si de colloquio fruere tur, opus tamen habuit quem consuleret socero.

Nulli malum pro malo reddentes. Si alium quempiam dixeris nequam esse & improbum, cur ipse hinc imitaris, & quæ praua sunt peragis? Nec solum inquit, nil mali credenti intuleris, sed nemini dixit, uel græcus sit ille, uel quiuis alius fuerit.

Prudentes bona coram omnibus hominibus. Non enim ut ad iactantiam uiuamus, hoc intulit, sed ne causam alij præbeamus nos obtrectandi, præsertim cum plurimi sint qui dicta nostra & facta obseruent.

Si fieri potest quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Recte dixit si fieri potest. Nam sapere nec quietem ducere possumus, nec pacem seruare, præsertim cum de fide certamen aliquod oritur. Age igitur (inquit) nullam pro uiribus cuius diffidij uel obturbationis occasione obtuleris. Verū si religionē fide uel offensionem uti prospexeris, obstitit uirili & ingenti animo, pro ueritate tutanda decertans. Nec dixerim hominē ipsum odio habes, sed illius sit tibi odiosa impietas, uel potius hunc cōmiseratus curandū per te, & ad sanitatem reuocandū existimato. Sic fiet, ut quod interea fieri uidebatur non posse, factū facillimū sit, & quantum in te fuerit pace sususus, impietate duntaxat oppugnata.

Impios odio non ce hndos, s; impietatem

Leu. 22

Non uosmetipsos uindicantes charissimi, sed date locū iræ. Scriptū est enim, mihi uindictam & ego retribuam, dicit dñs. Cedite inquit iræ, id est, diuinæ, quæ illatas uobis iniurias uindicabit. Nam si poenas de iniuriarum inferentibus sumpturi uos estis, non uobis opem laturus accurret deus. At si illos misse feceritis acerbior in hos uindicabit. Apostolus autem eo hæc cōtuit litacarum literarum testimonio comprobata, ut consoleretur intolerantes, qui nihil magis uoluptati habent cum offenduntur, quam ut contumelias uindicerent.

Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potū da illi. Hoc enim facies carbones ignis cōgeres

geres super caput eius. Plurimum a nobis sapientiæ exigit. Quid ergo (inquit quispiam) num erga laceffentes iniuria, pax erit uenda, quin etiam uel beneficia conferenda esse iniunxerim inquit: quippe q̄ sis in caput illius congesturus carbones. Quod eo intulit, ut eos qui laceffunt & afficiunt iniurijs subleat animi pusillitatem, quibus nihil adeo uidet suauē, quam hostem spectare cruciatum subisse, quasi illud inquit deus, uisne in contumeliosum & laceffentem exercere uindictam: Boni aliquid in eum conferto, tunc acerbior ero tuæ iniuriæ uindex. Vnde & cum acriora tormenta prætenderet fore, dixit ut ardentibus in eū carbones accumulares, & ea propter & illud præ dixit esse diuinæ iræ concedendum.

Ecce gerere carbones in caput inimici, quō sic inuelligendum

Noli uinci a malo, sed uince in bono malo. Hoc loco tacite arguit, non eo esse inimicos citandos, ut acriora illis supplicia inferamus, hoc plane sibi uult cū inquit: Noli uinci a malo, hoc est nihil in quēpiam iniquo & maleuolo animo gesseris, nec hūc tibi imitandū desumpseris, q̄ officere soleat & obesse. Hæc namque tua erit uictoria. Quin potius quous studio nitere beneficio uincere, eūdemque ex improbo reddere probiorē. Quæ autem supra cōmemorauit Apostolus, ut eos qui pusillo sunt animo, ut impatientes demulceat dixit, nūc uero quæ pfectiora sunt explicauit.

Omnia anima potestatis sublimioribus subdita sit. Postquam fati iam auditores morēs instituit, eodemque ut humanos se erga hostes exhibeat cōmonefecit, inducit aliud quoddam instructionis genus, & uniuersos erudit, siue sacerdos sit ille, siue monachus, siue apostolus, ut se principibus subdāt, cuiusmodi subiectioni nil prorsus est dei sublatura cognitionē. Quid idcirco apostolus admonet, ut ostendat euangelij hoies nō ut a deo desciscant instruire, neque ad crudelitatem hos erudire, sed ad gratitudinē potius & fidem.

CAP. XIII.

Non enim est potestas, nisi a deo, quæ autem sunt, a deo ordinata sunt. Quæret aliquis: Quid ais? Num singuli a deo principes instituitur? Non illud assero (inquit) neque de singulis qui hoc principatus munere funguntur nunc mihi est sermo, sed de re ipsa. Nam quod constituta sunt potestates & alij dominentur, alij uero domino imperio pareant, ne consilia omnia differant, diuinæ sapientiæ esse id dixerim opus. Neque enim dixit: non princeps, sed nulla est nisi a deo proficiscat potestas, ita ut de ipso principatus munere, non de principe diserat. Sicuti cū sapiens aliquis dixerit, a deo uxor uero coniungitur, haud sane inquit quicquam cū uxore uel habeat, ex eo sibi uxorem connehere, sed deū hanc copulasse, q̄ & nuptias fecerit. Potestas itaque omnes quascunq; animo & cogitatione uersaueris, a deo sunt instituta, siue patris in filiū, siue in uxorem uiri, uel si quas alias dixeris, siue ceteras omnes, quas esse uel inter bruta animalia constat, quales apium, anserum, & piscium sunt, & huiusmodi.

Non ois priniceps a deo

Potestas ois a deo instituta late patet

Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, qui autem ipsi sibi resistit, damnationem acquirit. Ne forte illud fideles obijcerent, nos ipse reddis abiectiones, qui cū simus regno cœlorum potituri, principibus subdas, ostendit deo esse subiectos q̄ magistratibus parent. Quinetiam quod est horribiliter adijcit, eum uidelicet q̄ his minus paruerit, deo obstitit, q̄ illos instituit. Qui uero obstitit, cū deo, tum hominibus poenas daturū. Quæ sane per illud significat, quod inquit, damnationem sibi acquirunt.

Nam principes non sunt timori boni operis sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonū fac & habebis laudem ex ipsa. Quid trepidas aut quid timore corripis, num tibi recta agenti, mala ingesturus est princeps? Non enim ille formidini futurus est ei, qui uirtuti incūbit. Quin potius si bona egeris, in tui gloriam assidebit, tantūque aberit, ut se tibi formidolosum exhibeat, ut uel laudum tuarū sit præco futurus.

Dei enim minister est tibi in bonū. Princeps enim dei uoluntati obsequitur. Consultat tibi per euangelij deus ut pudicitia & castitate se ceteris, has ipsas & princeps iubet seruare. Auaritia cōmonefacit per legem ut furta defugas, & ille de his præfideat cogniturus. Ita fit, ut si principi illi obtemperaueris, ad optimas actiones tibi uel operam præstet.

Si autem malū feceris time, non enim sine causa gladiū portat. Non enim princeps nobis formidini parit, sed nostra malignitas, qua & principis gladius exercet, id est, principis potestas, quæ poenas exigit. Neque enim temere ille succinctus est ferro, sed ut improbos tormentis afficiat.

Dei enim minister est uindex in iram ei q̄ malū operatur. Cum laudibus princeps uirtutem extulerit, dei uoluntatem exequitur, cum gladio utitur, dei minister est. Cum uero uindex fuerit uirtutis, nequitia insectatur. Plerique enim non dei magis quam principis formidine ducti sese ad uirtutem exercent. Præsul itaque ille, cum animaduertit in improbos ad uirtutis uindictam, dei ministerio fungitur.

Ideoque necessitati subditi estote, non solum propter irā, sed etiā propter cōsciam. Necessē est, inquit, ut subeas iugū, ut nō modo uel dei uel principū irā nil prorsus periclitetur ut cōtumax, nec intolerabili afficiaris supplicio, sed etiam ne conscia carere appareas. Ine ingratius in beneficis arguaris. Maximis enim beneficijs principes ciuitates donant. Per illos namque nostra hæc uita cōstat. Qui si tollant e medio, auferant & cuncta necesse est, uocantibus infirmiores potētibus. Suadet ergo sibi conscia tua, eis honorē ut deferas, q̄ nobis bona hmoi largiunt.

Princeps iustitiam exercet est dei minister.

Princeps q̄ sit
necessarius

Ideo em̄ & tributa p̄statis. Ipse inquit principū istiusmodi in te beneficia testificaris. & probas, cum eis tributū & mercedē dependis. Quod sane perspicuū est, eo te illud p̄soluere, quia & tui curam illi susceperint. Neq; em̄ p̄stidibus ipsis hos, census a principio detulissimus ni nobis fuissent p̄necessarij q̄pe cū ipsi curis uacui, hos habeamus, q; p nobis inuigilant.

Ministri autē dei sunt in hoc ipsum p̄manentes. Fit itaq; uel dei id uoluntate, ut tributa suis ministris pendant. Vult em̄ deus ut pax ipsa & uirtus exerceant, & propulset iniquitates, additq; deo uolente ministri sunt principes & illi parent, cum ministerio isto funguntur, & pro cōmuni hominum statu labores insumunt, in eoq; & p̄stant & conuictur, ut uitam ipsi per quietem ducamus. Si quis uero hoc principatu abutitur, nihil is principi officit, quin suum ille, & moderandi & ministrandi decus tuteatur.

Reddite ergo om̄ibus debita, cui tributū, tributum. Cui uestigal, uestigal: cui timorē, timorem: cui honorē, honorē. Debitū (inquit) tibi quoddā inexcusabile impositū est, quod p̄soluere principibus debeas, gratitudinis scilicet. Redde itaq; uniuersis qbus creditus uestigal: cui p̄ tributo, tributū p̄solue. Nec solū pecunias deberi illis affirmat, quin & timorē, hoc est, pudorē & uerecundiā, & honoris plurimū principibus exhibendū, ita ut cui debeat hic honor, honos reddat. Timor autē duplex est, altero noxij, ex malorū facinorose conscia corripitur, alterq; uicissitudine quadā impertitur, qui mutuo detinetur amore, cuiusmodi timor, honor est qdam p̄cipuus. Qualis ille uidetur cum inquit, nihil deest timentibus eum, & timor dñi permanet in seculum seculi, timor ante hoc loco uenerationē quandam p̄tendit.

Tributa prin-
cipibus esse p̄-
denda.

Timor duplex

Psal. 33. 18

Memini quicq; debetis, nisi ut inuicem diligatis. Soluite (inquit) quæ maiora sunt debita, nunq̄ tamen p̄soluere charitatem uelitis, quin potius sit illa uobis in debitum quoddam perpetuum. Neq; existimes uelini, si hodie proximo te beneuolam p̄stiteris, fuisse te ob id beneuolentiæ uinculo liberatum, ut eūdem mox in crastinū negligas, sed exactissima te proximo cuiq; perpetui amoris esse obnoxium.

Tora legē im-
plet, q̄ proximi
amorem p̄sequit.

Qui em̄ diligit proximū, legē impleuit. Nam nō adulterabis, nō occides, non furaberis, non falsum testimoniu dices, non cōcupisces, & si quod est aliud mandatū, in hoc uerbo instauratur, diliges proximū tuū sicut te ipsum. Totā legē implet q̄ proximū amore p̄sequitur. Itaq; amare hūc debet, cum ex hoc animi affectu, tantū quicq; beneficij uendiceret, ut legē ipsam adimpleat, em̄ uero & mandatorū summā, breuibus explicat. Virtutis namq; ut principū, ita & finis est charitatis. Lex ergo interiorē quadā beneuolentiā exigit, q̄pe quæ istiusmodi iubeat, haud se cus ac te ipsum, proximū colas, Christus uero, quod p̄fectius est, longe magis hunc esse beneuolentiā complectendū iniungit, quem nos ipsi complectimur. Quādoquidem uel animam ipsam amici gratia ponendā commonefacit.

Johan. 17

Dilectio proximi malum non operatur, plenitudo ergo legis est charitas. Duas charitati inesse uirtutis species patefacit, mali uidelicet abstinentiam, cum malum inquit non operatur, & boni operationem cum infert, impletio igitur legis. Quo fit ut integram nobis uirtutem patriat charitas, quæ lege p̄tenditur.

Per charitatē
reliquæ uirtu-
tes constant

Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Debetis (inquit) plurimi facere charitatē, per hanc namq; & reliquæ constant uirtutes, & temporis gratia, quia in proximo est resurrectio, in propinquo & dei iudiciū. Necesse est itaq; ut ab ignauia & torpedinis somno excitemini, promptioresq; sitis & parati ad opera, quæ resurrectione sint non indigna.

Nunc em̄ p̄pinq̄ior est nostra salus, q̄ cū credimus. Quā par erat ut illi in fidei ipsius primordijs, maiore de se diligentia & feruore p̄staret, & deinceps t̄pis p̄cessu refrigererent, dixit magis hoc t̄pe futuro seculo appropinquamus, q̄ potiore quoddā salutis noie expressit. Siq; dem peccatibus illud nō saluti fit, sed exitio futurū. Cū itaq; ad diē illū p̄pinq̄iores accedimus, maiori studio uirtuti est incubendū, q̄ postmodum ex his quæ insequunt ostendit.

Hor seculū hoc
exprimit, dies
futurū iudiciū.

Nox p̄cessit, dies autē appropinquabit. Id est, ad finē nox ipsa declinat, exempli gratia: Concedamus horis duodecim p̄duci noctē, e qbus decē exactis p̄ouectā hanc dicimus, i. p̄p̄modū finē t̄sgressam, breuēq; fore ut finiat: q̄ in aurora iā uergat. Sic sane p̄ noctē hoc seculum exprimit, cū quia in eo pleriq; uersent in tenebris, tum etiā q̄ singulorū sit uita occultior. Dein uero per diē, futurū illud p̄tendit iudiciū, quia in eo sint iusti p̄ndorē habituri & gloriā & quæ adhuc cæcata sunt, & occulta patebūt cūcta. In euāgelio t̄p̄ per diē p̄stans hoc seculū dicim⁹, quia in ea sit bonis opibus studēdū, p̄ noctē uero futurū, q̄a nemini i eo licebit aliqd̄ opari.

Johan. 9

Abijciamus ergo opera tenebrarū, & induamur arma lucis. Opera uocat peccati actiōes, utpote quæ plurimū difficultatis habeāt & negotij, & in maximo sint cū in hac uita, tum in futura, discrimine. Iustitiæ uero arma, quæ uirtutis sunt opera, qbus hūc qdem feciores redduntur & tui, q̄ illa sunt nacti. Ea nāq; armorū sunt loco, & afferūt charitatē. Abijciamus autē tenebrarū opa, cū inquit & lucis arma induamur, & quemadmodū possint delictorū actiōes defugi, & ad uirtutē possumus induci, facilitatē ostendit. Nam ut nobis p̄facile est altero deposito indu-
mento

mento ut alterum induamus, sic leue admodum reiecta nequitia, ut uirtutem sectemur.

Sicut in die honeste ambulemus. Dixerat supra appropinquare diem, nūc imminere hūc indicat, cū honeste inquit in die ut ambulemus. Et quoniam ea apud Romanos gloria plurimi erat, quæ esset a multis delata, pellicit eos & moderatur, per honestatis eiusmodi appellationē. Neq; ambulate dixit, sed ambulemus, ut minus molestā exhortationē hanc reddat. Nihil enim adeo impudētā parit, q̄ praua facinora. Vti cōtra, nulla re magis q̄ uirtute cōparat honestas.

Paul⁹ non p̄-
bet potū, sed ut
ni in teperantiā

Non in comestationibus & ebrietatibus. Non potū prohibet, sed uini potus in teperantiā. Nec uino frui, sed temulentia interdicit, quos em̄ græce cantiones dicunt, quæ post nimia uini luxuria, & potū abundantiā p̄ luxū & incōtinentiā decāta, q̄ etiā p̄p̄p̄ia dicitur.

Non in cubilibus & impudicitijs. Cū ebrietatis mentionē fecisset, nūc & mala quæ hanc subsequitur cōmemorat. Nam uel ex hac uolentia, feuitia & impietas oritur. Hoc autē loco nō legitimū mulierē concubitu prohibet ineundū, sed incestum & adulterium.

Dala; temple
ria.

Non in contentione & emulatione. Sublatis quæ ex concupiscentia prodeunt malis, nūc quæ ab ira nascitur comprimit uitia. Nil enim adeo Venerē ipsam succendit, & iracundiā concitat, q̄ temulentia. Ex emulatione autē contentio oritur. Qui em̄ alteri inuidet, & ad cōuitia deum deuenit. Contentio namq; cum sit sublaturus, ad liuorē unde illa originē sumpsit decurrit. Et qm̄ ex ebrietate & comestationibus incendunt & bella, & domus euertunt plerumq; post illas, contentiones & inuidiæ meminit.

Sed induimini dominū Iesum Christū. Cum nos fordidis uestibus exuisset, ut optimis ornet, non ultra lucis armis non induit, sed quod horribilius est pro ueste Christū largitur. Hoc fit quis fuerit obductus, omnem prorsus est uirtutem adeptus.

Carnis cura,
quō sit brida et
quatenus

Et carnis curam ne feceritis in desiderijs. Nihil sane quo minus carni prouidendū sit impedit, sed illi ne ad uoluptatē & luxum indulgeatur iniungit. Perinde ac si dicat, carnis dūtaxat ad sanitatem, non ad incontinentiā habenda est ratio. Nec em̄ dici prouidentia posset, quæ carni flammā & incendij excitaret, & ignis caminū & gehennā illi succenderet. At unū illud quærendū, ut carnē bona ualitudine habeas. Neq; p̄ter id q̄ppia curæ habendū, ne libidinē nimia carnis indulgentia excites, quin studiū om̄e tuū spiritualibus in rebus impendes.

Cap. XIII

Infirmū autē in fide assumite. Ex ludæis pleriq; uel post Christi fidē susceptā, escas a lege olim interdictas cauebant. Et ita ut a carne suilla his quondā in esum uetita, abstinerēt, nō dum confisi a lege prorsus desciscere, sed cum minus se tolerabiles fore existimarent, si suillam & solam non ederent, cæterarū carnū esu intermissō, oleribus uescabant. Cæteri uero qui p̄fectiores iam essent, nec huiusmodi escā, & si lege interdictā cauerent, cauentibus conuitabant. Veritas itaq; Paulus, ne si potiores illi & stabiliti iam fide, imperfectiores alios minus oportune incescerent, nec decerent, & leniter castigarent, obturbarent potius, & a fide suscepta summoerent, qui aliqd̄ uiderentur proficere. Et rem prudenter pertractat, & alternatim horū partes tutatur. Siq; dem ne conuiciantes audeat obiurgare, q̄ nequiter agant, ne imperfectiores in sua pertinacia confirmet, nec rursum iure illos ab his castigari, ne ad criminandū hos redderet acriores, sed modeste hos admonet. Et uidetur qdem fide iam obfirmatos potius increpare, cū tamen sub sermonis quæ ad hos habet p̄textu, castigationē oēm in infirmiores conuertat. Quod placet ex uerbis qbus ad hoc utitur, potest intelligi. Nam cū infirmos appellat, confestim ualitudine affectos ostendit. Cū uero assumite inquit, hoc est, iuuat, arguit illos cura indigere, & medela non medicari, quod ultimū sane est morbi indicium.

Non in disceptationibus cogitationum. Hoc est, nil altercantes & uarijs suggestionibus perturbemini, quin ægotantem curandum existimate.

Infirmū autē ē
in cibis delectū
Iudaicū fas
cere

Alius em̄ credit manducare se omnia, infirmus autem holus manducat. Comparat cum imperfecto qui sit perfectionem adeptus. Inquitq; Perfectus qdem in fide confusus, indifferenter omnia comedit. Imperfectior uero, utpote q̄ mutabundus sit & instabilis, holus habet in esum. Aequum igitur, ut curetur, q̄ offendatur infirmior.

Is qui māducat, nō māducat nō spernat. Et q̄ non manducat, manducantē non iudicet deus em̄ illū assumpsit. Qui om̄ibus uescabantur tanq̄ in fide p̄fectiores, cæteros aspernabantur. Qui pro ludæorū more a plurimis abstinebāt, & rursum q̄ minus uescerent, eos q̄ om̄ibus uescerentur quæ uitio condēbant. Et qm̄ horū pleriq; erant gentiles, uel horū, inquit, apostolus deum suscepisse uelamē suū, hoc est, suā ineffabilem grām in eos ostendisse. Qui igitur cū eis ultra de lege contendis, Quādoquidem & eos deus iustificauit.

Tu quis es qui iudicas alienū seruum, suo dño stat aut cadit. Perfectiores alloquitur istiusmodi, ut quemadmodū eos a proximi contemptu auertit, sic ne alios iudicet, dehortatur. Vtrunq; em̄ id factabant q̄ magis in fide p̄ficerāt. Nā & minus p̄fectos aspernabantur & iudicabāt. Tacite autē carpit hoc loco qui nondum ad fidei perfectionē euaserit, p̄inde ac si dicat. Neq; em̄ q̄ huius facta iudicāda nō sint, eo iudiciū interdicto, sed q̄ alteri sit in seruitutē ascriptus, hoc est, non tuum sit, sed dei mancipium. Qui & si sit morbo affectus, haud tamen seruitutē euasit, nec

ob id penitus desperandus. Rursum ut hunc consoletur, non profus eū inferi fuisse collapsum, sed siue fter pedibus ait, siue labatur utrunq; in domini, siue lucrum, siue damnnum cedit.

Stabit autem, Potens est enim deus statuere illum. Cum (inquit) a deo hunc obfirmatum iri, labantem arguit, & ita ut consistendum diuina ope indigeat. Quod dicere de his consueuimus, de quibus nulla haberi spes possit.

Neophytis p̄
cebar Paul⁹
indulgebat.

Nam alius iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem. Erant nonnulli qui & si a carne suilla non abstinere, statutis tamen diebus ab ea cauebant. Alij uero qui illam assiduo hē sitaret, qui tamen abstinentes illos, quod minus ederent, incusabant. De his itaq; mentionem nunc facit, inquit; alius aliter iudicat, ita ut in æquo sit res, haud tamen ob eiusmodi abstinentiam incessendi sunt fratres. Ex his quidem & abstinentibus condescēdere uidetur Apostolus, utpote in quibus recens esset fides plantata.

Unusquisq; in suo sensu abundet. Perinde ac si inquit, cum de dogmatibus agitur, nequam est opus ut nostro sensu ducamur, quin erunt quæ ab alijs acceptimus tenenda, uel si angelus e cælo demissus diuersa denuntiet. Cum uero de ciborum abstinentia contentio oritur uel alijs istiusmodi, si qui sunt ex Neophytis qui delinquant, uel indulgentia egeat, laxanda his erit, non intendenda seueritas.

Qui sapit diem, dño sapit, & qui manducat dño māducat. Qui diem (inquit) obseruat, dñi ob gratiam seruat, quia eum ueretur. Qui uero minus hūc obseruauerit propter dñm, tanq̄ in Christo perfectionem adeptus, omnibus legis obseruationibus euasit superior.

Et qui manducat, domino manducat, gratias enim agit deo, & qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo. Vnum (inquit) illud perquirimus, si dei respectu gerantur omnia, eidemq; per eos fit aguntur & gratiæ qui abstinent, & qui cibum sumunt, quod sane si mente hac geritur, calumniari poterit nemo. Hæc quidem, ut diximus Neophytorum ob gratiam disserit, & tacite carpit qui Iudaicæ legis instituta sectantur, cum inquit: Et qui non comedit, deo gratias refert, quo enim id pacto ageret, qui adhuc a lege penderet? Solus itaq; qui comedit, deo gratias agit.

Nemo enim uestrū sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Siue em̄ uiuimus, deo uiuimus, siue morimur, deo morimur. Dominum (inquit) habemus, cui curæ nos sumus, qui pro diuitijs, uitam hanc nostram ducit, & mortem pro damno. Neq; enim nobis ipsi dūtaxat uiuimus, sed etiam domino. Vitam autem hoc loco intelligit quæ fide constat, & mortem quæ a fide excidit. Nequaquam igitur eos permittitur est deus, qui fuerint infirmiores, subire hunc secundum fidem interitum, uel in fidei huius causam prolabi.

Siue igitur uiuimus, siue morimur, domini sumus. A fidei morte ad naturalem pertransit, qua de nūc disserit, uidelicet siue naturæ uitam hanc uiuimus (inquiens) siue mortē obimus.

In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, ut uiuorum & mortuorum (domini) sumus, rum dominetur. Vel hoc ait tibi ut suadeat, dominū eorū qui imbecilliores sunt suscepturū curam, ut in uitam redeant tandem, quia & sanguinem fuderit & subierit mortem, ut in nobis ius & imperium habeat. Quo ergo pacto non & illis prospiciat qui in eius sint seruitutem reda ti, & quorum causam sit tam multa perpessus? Porro si uita perfunctus solet deus prospicere, quid illis facturus est, qui adhuc in humanis agunt? Hæc uero ideo intulit, ut pudore offundat qui Iudaicos ritus sectetur, suadeatq; uel eum qui adhuc legi intendat, ingratum se Christo prestare, qui pro se mortem obierit.

Iudaicos rit⁹
obseruātes ra-
cite reprehēdit

Tu autē quid iudicas fratrem tuum, comedentem ut gulosum, & tu autem comedens, quare spernis fratrem tuum tanq̄ modicæ fidei? Frater est, non oportet aspernari propriū membrū. Num tu pro ipso redditurus es rationē? Ipse constituet ante tribunal, & ipse pœnas subibit. Vides quemadmodum per hæc quæ ad perfectiores edisserit, perterrefacit Iudaizantem, utpote qui apud tribunal illud horribile subiturus sit cruciatum.

Esā. 45.

Scriptū est enim: V iuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & om̄is lingua confitebitur deo. Itaq; unusquisq; nostrū pro rationē reddet deo. Quod inquit fore ut tanquā serui apud dominum iudicemur, & Propheta testatur, cum dicit: Omnes mihi genu flecturi sunt, & om̄is lingua, uel eorum qui ante conditam legem fuere mortalium, uel legis tempore confitebitur mihi, id est, factorum redditura est rationem. At cui? Nimis non legi, sed Christo. Quid ergo amplius a lege dependes?

Non amplius ergo inuicē iudicemus, sed hoc iudicate potius ne ponatis offendiculū fratri uel scandalū. Vtriq; inquit, quæ inter uos oborta est, soluite contentionē. Et ita, ut neq; ipse, qui comedit imbecilliorē in censes, nec tu qui a uetitis ecclis abstines fratre quoquo pacto offendas: quia ipse legem obserues. Scandalū autē & offensionis appellatio utrisq; uidet pro mutua qua dam sese offendendi uicissitudine tam uescienti, q̄ abstinenti competere.

Scio & confido in domino Iesu, quia nihil cōmune per ipsum, nisi ei qui existimat, quid iniquitatum commune esse, illi commune est. Postquam commonefecit minus esse offendendum qui-

dum qui infirmioris fit fidei, de cibis etiā statuit, imbecillum erudiēs, ne illos sume reuereatur, nec tanquam immundos abhorreat, inquitq;: Noui & confido non in cogitationibus hīcē humanis, sed in domino, hoc est, edoctus ab eo, & certior factus, quod nihil per se sit iniquitatum, id est, quo ad eius naturam immūdam, sed ad id eorum hominum fieri opinionem immūdam a quibus & solis fordidum habeatur, non cæteris.

Abstī eborū
immūdam

Si em̄ propter cibū frater tuus contristat, iam non secundū charitatē ambulat. Ad perfectiores hoc loquitur, & si nequāq; natura sint inquinata cibaria, oportuit tñ te a carne suilla abstinere, si charitatē eas obseruaturus, uel tristitia frater offensus afficeret, moxq; & ita sublingit.

Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus. Nec sane edulij gratia fratrem eneces uelim, aut puertas, quia Christo tanto sit studio & curæ habitus, ut huius gratia uel mortem subierit. Nam si te porcinam ille edentem carnē perspexerit, ex mutuo iurgio & astu obstinator fiet, & in discrimine erit, ne Christo relicto, legi profusus inhæreat.

Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Hoc est, tu cum perfectionem sis inactus in fide (hanc em̄ & bonū appellat) noli hac tua perfectione abuti. Nec causam præbeas, ut quis hanc de te testetur. Nam cum perfectior sis, si imperfectum perdidideris, id ipsum quod tibi inerat boni obrectatoribus carpēdum expones. Potes etiam id bonum pro dogmate capere, quasi sic sentiat Paulus: Futurum omnino ob uestra dissidia & escarū contentiones hm̄oi, ut execrentur infideles, uestrum id bonum, id est, dogma hoc uestrum.

Perfectū sua q̄
fecerō non ab-
utatur

Non enim est regnum dei esca & potus. Neq; enim ob escam potum uel probatum nobis iri existimemus, nec id quidem cœleste illud in regnum inuenerit. Carpit autem eos qui ob cibatum huiusmodi plurimū sibi laudis uendicarent.

Sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Ad regnum dei aditum iustitia p̄tefacit, id est, uniuersæ uirtutes, inculpabilis uita & pax, quæ proximo sine iurgio exhibetur, & læticia quam parit concordia, om̄is tristitia, quæ proximi ex afflictione oboritur. Et quoniam uel paruis in rebus pax quædam, & gaudium uidetur inesse, in spiritu sancto adiecit. Perinde ac si inquit, de pace equidem & hilaritate, quam in spiritu sancto constat inesse edissero, non aliqua quauis pace uel mundana læticia. Potest & sensu alio quodam profundiori id dictum interpretari, dicitq;: Qui a carne suilla haud quaquam abstinuit, saluti inferre iniuriam, quam ei moriēs Christus iam comparasset. Sic contra qui fratris ob gratiam ab eiusmodi esca se continuerit, iustitiam operatur quæ cœleste clarigitur imperium.

Iustitiae nomē
oes reures cō-
plectit Theos
phy lact⁹.

Qui enim in his seruiert Christo, placet deo, & probatus est hominibus. Ostendit hoc loco inanis gloriæ, & iactantiæ gratia obiurgasse se imperfectos, qui haberentur perfectiores. Qui enim uult, inquit, hominibus esse admirationi, non tantum ipsa uitæ perfectione, quantum ex pacis & reliquarum uirtutum gratia laudem consequetur, quas inter uel eam esse maximam constat, Christo scilicet inseruire & deo placere. Non tamen carnis suillæ abstinentiam

Itaq; quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt inuicem (uirtuti & laudi) ducere, custodiamus. Quæ pacis sunt imbecillioris, cuiuspiam causa intulit. Isnanq; erat qui cæteros diuexaret. Quæ uero ad ædificationem spectant, propter perfectiorem aliquem dixit, utpote qui fratrem carpat & turbet. Quin uel utrisq; id crimen impertit, cum ad inuicem inquit, Cuiq; & pacis prius commemorasset, ædificationis deinceps, arguit haud facile posse proximi ædificationem sine pace constare.

Noli propter cibum destruere dei opus. Dei opus, fratris esse salutem affirmat. Non ergo hanc ipse dissolueris, quam Christus proximo comparauit, & cibi præsertim gratia, uelis uidelet ab istiusmodi esu abstinere, ut fratrem sic lucrificas.

Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculū manducat. Cum perfectiorem acius increpasset, ueritus ne infirmior in sua praua conscientia perseueret, rursum hunc in modum debertur. Sunt quidem omnia munda, officiant tamen hæc homini, qui improba conscientia obuertetur. Imperfectus enim suillam immūdam existimans, si hanc degustare cogat, magis incessitur. Necesse est itaq; ut a re prius ædificat munda esse in esum omnia. Bonum est non manducare carnem, & non bibere uinum, neq; in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu inquit fratrem manducare cōpellis, quibus ille uti in cibis minus confidit. Ipse uero ea dixerim per te esse uitanda, quæ fratrem offendunt. Nec ideo quod mala hæc uideantur, quippe cum munda sint omnia, sed quod scandalum ex his inferatur infirmo. Scandalizatur enim ut leuis, offenditur autem quia morbo laboret, utpote qui fidei sit per exigua. Ex his itaq; omnibus pellicit firmiorem, ut fratri opituletur qui profus & fragilis sit, & imbecillus.

Est mūda sūt
oia, infirmi m̄
scandalizandi nō
sunt

Qui fidem habes penes te ipsum, habe coram deo. Hic plane explicat qui perfectior uidere iactantiæ gratia suam hanc ostentasse perfectionem, insert igitur. Vis ne te mihi nunc aperire quemadmodum de istiusmodi ecclis & sentias recte, & credas per puras esse: nil mihi dixeris uel alteri cuiq; significandum, sed satis sit tibi uel tacita conscientia tua, & deus ipse, cui tu potes.

Beatus

Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Si hominum nemo prospexerit, ipsemet tibi, ad id consequendum facturus es satis, si te ipsum minus condemnes, nec ea in re tua te conscientia criminis arguat, quam uel probaueris uel elegeris consecrandum. Intelligas autem haec de propofitis etis dumtaxat dici.

Qui autem ediscerit si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide. Qui haeret inquit, nec fidentius edit, damnatur. Nec eo quod immundus sit cibus, sed quia diffidit hunc mundum esse, & illum perinde ac si inquinatus esset, libauit.

Omne autem quod non est ex fide peccatum est. Quotiescunq; quispiam uel nihil confidit, uel autumat obsonium aliquod immundum esse, & ita ut deprauiata conscientia illud degustet, prorsus est peccato obnoxius.

Cap. XV.

Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere. Lenit hoc loco & hortatur perfectiores ut alios instituendi secum una onus insumant, quod sane praeredit, cum inquit: Nos qui fortiores sumus. Nec simpliciter infirmos dixit, sed infirmorum imbecillitates. Duplici usus uocabulo, ut ad maiorem hos considerationem alliciat.

Et non nobis placere. Cum diceret oportere nos sustinere, docet quemadmodum fieri id queat, si ea uidelicet quae nostra sunt nil nequiramus.

Unusquisque uestrum proximo suo placeat in bonum, ad edificationem. Ne forte perfectus ille id inquit, ecce ipse ad me quod bonum est attraho, ad edificationem adiuuix: perinde ac si illud inferat, nunc quidem & si quod agis rectius, uerum quia minus sit opportune, ad perditionem potius faciat. Siquidem in tempestiua obiurgatio nihil edificat.

In tempestiua obiurgatio nihil edificat. Psalms.

Et enim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, impropria impropertium tibi ceciderunt super me. Christum producit in medium, ut arguat nobis eius exemplo uiuendum. Illi namque licebat se a quouis opprobrio & contumelia uindicare, neque ea quae passus est perpeti, si sibi ipsi placere maluisset, hoc est, si quod sua intererat, conquisisset. Sed suo iure repudiato, tum cruciatus, & tormenta potius excepisset, haud sane bonam de se multitudini opinionem iniecit. Quippe quia impotens esse & nullius momenti uideretur, habereturque pro malefico & ductore. Alios inquit saluos facit, seipsum autem saluare non potest. Exprobrantium itaque impropria tibi patri in ueteri testamento obiecta, in me filium reciderunt. Ita fit, ut nil noui mihi obtegit esse uisum.

Mat. 27

Quaecunq; enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturae spem habeamus. Haec autem inquit ideo sunt scripta, ut ea fecerim. Hoc loco etiam ad tentationum tolerantiam illos hortatur, cum ait: Vel scripturae ipsius hortatu ualidiores effecti toleremus, tolerandoque ostendamus nobis spem esse uegetam quandam & stabilem. Siquidem qui sustinet, sperare futura bona uidetur, quemadmodum contra qui impatientior est, a spe ipsa excidisse conuincitur.

De patientia & consolationis cur dicatur

Deus autem patientiae & consolationis det uobis id ipsum sapere alterutrum secundum Christum Iesum. Arguit ex sacris literis deum una & tolerantiam & consolationem largiri, eoque ipsum patientiae deum & consolationis appellat, utpote qui harum sit & largitor & causa. Optat itaque & his comprecatur, id ipsum ab eo adiuuicem sapere exhiberi. Illud enim est certioris charitatis indicium, ut quod de se quispiam sapiat, itidem & de proximo sentiat, ad quoniam est alius quidam huius seculi amor, intulit secundum Christum Iesum, hoc est, ut illa sapiatis quae Christo Iesu sunt placita.

Ut unanimes uno ore glorificetis deum, & patrem domini nostri Iesu Christi. Quid nam lucriconsequimur cum unum omnes sentimus & sapimus? Nempe quia deum laudibus ipsi offerimus. Nec ore dumtaxat uno id agimus, sed & animis unis. Hoc enim cum unanimes ait, praetendit. Mox illud seorsum orditur, & patrem domini nostri Iesu Christi, quod si ita perlegas uidelicet ipsius Christi deum et patrem esse, neque potest id absurdum uideri. Est enim secundum humanitatem Christi deus, & pater secundum diuinitatem.

Johan. 13

Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscipit uos in honorem dei. Superioribus monitis iterato insisit, & in exemplum Christum inducit. Id sane inquit, cum uobis inuicem opem tuleritis, deo in gloriam cederet. Istiusmodi namque uestra animorum coniunctio deo laudem offert. In hoc enim inquit cogniti sunt omnes, quod ipse me miserum in mundum conuenientis, quemadmodum contra uestra dissidia deo blasphemia pariuunt. Nam & gentiles cum Christianos homines uiderint factionibus inter se concertare, fidem ipsam criminantur & culpant.

Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter ueritatem, ad confirmandas promissiones patrum. A superioribus quae subsequuntur dependent. Ostendit autem hoc loco Paulus: Christum haud quamquam sibi ipsi gessisse morem, sed nostrum potius gratia omnia tolerasse, Et gentibus suadet, ne in Iudaeos qui credidissent superbe & insolenter se gererent. Constat enim Iudaeos ex diuinis pollicitationibus suis maioribus factis, fuisse salutem affectuos. Gentiles uero misericordia solui & dei benignitate saluos factos, quod ait dicit tale promissum Abraham fuerat praepidit, fore scilicet

Sene. 22. Gentiles ex dei misericordia salui facti.

re scilicet ut eius semen mundum hereditaret. Verum cum omnes qui ex Abraham ortum duxissent fontes essent & peccatis obnoxii, utpote qui fuissent legem praeruaricati, eoque et promissione illa uiderent indigni, uenit Christus & legem impleuit, & circuncisionem insuper in se admisit. Lege itaque adimpleta, circuncisionis & Abraham semen effectus, dei iram dissoluit, effectusque nos ad excipiendas promissiones idoneos. Ob id igitur circuncisionem suscepit, ut uera redderet dei promissa, non ut lege statueret. Quid igitur, heus tu, quod Iudaicos ritus sectaris a lege pendes? Cuius gratia ut a promissionibus excidas, haud sane in paruo uerfaris discrimine.

Christus autem circuncisionem admissit.

Gentes autem super misericordia honorare deum. Qui ex Iudaeis essent oriundi & si uidebant indigni, habuisse tamen constat promissiones. Ipse uero gentilis ex sola dei clementia saluus est redditus. Propterea & merito debes laudem deo enixius deferre & gloria. Haud quaque igitur me inculpandum existimabis, si uos appello & alloquor. Exposcit enim sacerdotale hoc meum officium, ut euangelium praedicem. Qua in re uerbis uos pro cultro. Estis enim uos hostiae loco. Quis ergo sacerdotem insimulabit illatae iniuriae, quae nouacula admouerit ad immolationem iam destinatis?

Sacerdotale officium est age limum praedicare. Psalms. 27. Reg. 22. Saluus factus. Gentes cum Iudaeis creditur.

Sicut scriptum est: Propter hoc confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Laetamini gentes cum plebe eius. Et iterum: Laudate omnes domini, & magnificate eum omnes populi. Et rursum Esaias ait: Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, & in eo gentes sperabunt. Testimonijs omnibus his inductis, nititur Paulus demonstrare, futurum omnino ex gentibus homines cum credituris Iudaeis iungant, & unum sentiant omnes, Iudaeos praeterea frenat & comprimit, ne in gentiles superbiant, cum pateat plane prophetas gentiles uocasse. Quin etiam & his qui ex gentibus sunt, psuadet humilitate per se sectanda, arguitque eos tanto plura deo debere, quo & multa astutim acceperint. Siquidem cum essent non populus, unum sunt populo. Confitebor autem in gentibus, sub Christi persona prolatus est, hoc est, praedicato te o pater in gentibus. Erit autem radix Iesse, id est, ex radice Iesse prodibit, qui surget dominari gentibus, hoc est, Deus autem spei, repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe. Christus, & uirtute spiritus sancti. Precatur his, ut omnia laetitia impleant, qui ex Iudaeis uidelicet erant fideles effecti, pace uero gentiles. Hinc quoque sunt uisus in sensos hos habuisse, qui adhuc a lege pendebant. Vel potius utraque haec nationes odia inter se exercebant. Verum quo pacto hi possunt gaudio repleri & pace? In credendo quidem: Fides uero qua in re uobis est profutura? Nimirum ut in spe abundetis, sperantes futura, & aduersa, & grauiora tolerantes. Ad quod praeterea, & spes nobis conduxerit, si quae ras? Ad consequendam haud dubie spiritus sancti uirtute, quae spem nobis ipsam reddit ualidiorum. Largitur enim & spes ipsa nobis spiritus sancti potentiam, & rursum spes haec a sancto spiritu stabilitur.

Deum inter gentes & Iudaeos

Certus sum autem fratres mei, & ego ipse de uobis, quonia ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere. Cum duriorum habuisset multis in locis orationem, consolatur hos tandem. Nec solum audiui, inquit, sed certior sum uel ipse ego effectus, qui uos obiurgo & criminor, quod estis bonitate referti, hoc est, mente bona, & erga fratres beneuola. Vel integram uirtute ipsam bonitatem appellat. Nec bonitate dixit habetis, sed pleni bonitate estis. Nam nihil prodesset, si essemus bonitatem adepti, nec scire quemadmodum illa utendum sit. Propterea omni scientia subdidit, ut possitis alterutrum monere. Hoc est, non solum uos discere, sed alios commonefacere, & castigare.

Hudacius autem scripsi uobis fratres ex parte, tanquam in memoria uos reducens. Erant Romani id temporis in summo dignitatis fastigio, ideo & elati animi uidebantur & tumidi. Et eos nunc propterea lenit cum inquit, audacius scripsi. Admodum namque istiusmodi uerbis hos frangit. Neque his contentus, sed ex parte adiecit, id est, placide & breuiter. Nec in docentis more id egi, sed in memoria redigentis, hoc est, paululum admonentis.

Romani tumidi, ideo sermo ne blando lenis esset.

Propter gratiam quae data est mihi a deo ut sim minister Christi Iesu, in gentibus sanctificans Euangelium dei. Humili admodum sermone utitur, inquiens: Non enim mihi ipsi honorem ulro arripui, sed deus huic mihi decreuit, qui me ad id operis segregauit. Nec meis pro meritis, sed sua ex gratia. Ad quod autem mihi data est gratia: Certe ut euangelij ministerio fungar & sacerdotij. Nil itaque mihi succenseatis si uos alloquor. Id enim mihi est sacerdotij munus, ut euangelium praedicem, & pro cultro sum sermonem sortitus, & uos hostiae loco. Quis ergo sacerdotem insimulabit qui cultrum adigat, in sacrificium destinatis.

Ut fiat oblatio gentium accepta, & sanctificata in spiritu sancto. Neque eo ad uos scripsi, ut laudem mihi aliqua uentidem, sed cum reliquis gentibus ut saltem & uos consequamini. Hoc pacto gentium ipsorum oblatio omni sit ex parte accepta. Quandoquidem uniuersi deo fructificauerunt, sanctificata in spiritu sancto, hoc est, in puriori quadam & spiritali uita. Neque enim sola ex fide, quin & ex optimis uitae actionibus, sanctitatem quis adipiscitur. Credentes enim, & baptizati accipiunt spiritum. Verum si rectis operibus caruerimus, extinguitur omnis suscepta illa spiritus gratia. Reprimat insuper Romanorum elationem, ne eum dedignentur in praepertorem habere, qui uniuersas gentium deo obulerit nationes.

Sanctitas non ex fide tantum sed ex bonis operibus

Rebo

Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum. Postquam se humilem admodum reddidit & abiecit, rursum tamen suum sermonem paulo effert, ne omnino contemptum habeat. Inquit, mea gloria non in me ipso aut in meo studio & industria posita est, sed in Christi gratia. Vixit quibus in rebus gloriam & ipse quaesierim, in his eadem quae dei sunt dixerim. Hoc est, non in uanis his & momentaneis, sed in spiritalibus ipsis mea omnis est gloria.

Non enim a deo aliquid loqui eorum quae per me non efficit Christus, in obedientiam gentium uerbo & factis, in uirtute signorum & prodigiorum, in uirtute spiritus dei. Quoniam euangelij se ministrum uel in omnes gentes asseruit, nunc subdit nihil eadem gloriosius, neque ut iactabundus & insolens praedicat, quod ipse non gesserit. Quin potius nihil ipse confecit, sed deus pro instrumento quodam usus & organo operatus est omnia. Quodcumque enim uel loquor uel sum de caelestibus philosophatus, uel si quid aliud ago, uel si uitam duco caelestem, & miracula factito, deo sunt accensenda, non mihi. Differat autem a prodigio signum, quod signum dici in rebus naturalibus solet, cum nouum aliquid & insolitum editur, ut illud quod Petri socius febricitans statim conualuit. Cum enim febris curatur, naturae officium est. Quod autem mox post tactum febris abscesserit, nouitatem praefert. Prodigium uero in his haud dubie constat, quae praeter naturam uidentur. Videlicet, cum biceps aliquis oritur, uel cum his uisum recuperat, quae cecus sit natus. Et quoniam signa hominum & prodigia daemonum opera quadam plerumque eduntur, in spiritus dei uirtute adiunxit. Vnde quanta sit eius praeterea dicitur dignitas, cuius tantum ualeat spiritus, ut istiusmodi admiratio dignissima faceret.

Prodigiū & signum differunt

Illyricum cōstituit Bulgariā.

Ita ut ab Hierusalem usque ad Illyricum repleuerim euangelium Christi. Perinde ac si inquit uisum dicitur, meorum spectare iudicium. Respice discipulorum meorum multitudinem. Ab Hierosolymis usque ad mare usque ad Illyricum, quod eius est regionis confinium, quae nunc Bulgaria dicitur, non praedicauimus, inquit, sed compleui euangelium. Ut arguat se non inanem habuisse sermonem, sed utilem plurimis & perfectum. Et ne forte existimes cum ab Hierusalem dicit ad Illyricum usque, recta illi fuisse profectum, & in circuitu addidit, hoc est, eas oras, quae in septentrionali sunt plaga, & ad meridiem uergunt uerbo transigi & peragrari.

Sic autem hoc praedicauimus euangelium, non ubi nominatus est Christus, ne supra alienum fundamentum aedificarem. Non solum tot innumeris gentibus euangelium praedicando, quod uisum est persuasi, sed me etiam ad homines contuli, apud quos fuerat Christi nomen inauditum. A deo ipse ab eo usum, ut me alienis discipulis ingeram, uel gloriae gratia, id agam. Itaque neque ideo ad uos iras dedi, quasi a uobis cupiam laudem uendicare, sed ut ministerium meum absolua. Alienum autem fundamentum apostolorum instructione dicit. Neque quod illi essent ab iniuice alieni, uel contraria praedicaret, id dixit, sed mercedis ipsius ratio. Siquidem aliorum apostolorum merita pro susceptis in Christi fide uulganda laboribus, aliena a Paulo uidebantur, quia nihil sibi afferrent mercedis, cum alijs ex euangelio uenirent.

Sed sicut scriptum est: Quibus non est annuntiata de eo uidebitur. Et quod non audierit de eo intelliget. Prophetia hoc loco ostendit adimpleta. Plurimum autem insudat & labore insumit ingentem, quod indociles admodum & rudes elegit instruendos, cui rei Paulus erat intentus.

Propter quod & impediabar plurimum, uenire ad uos. Vel id ipsum epistolae initio dixit, impeditus sum usque adhuc. Nunc uero impediti exponit causam uidelicet quia euangelium praedicando circumfaretur. Vnde ob id, inquit, eadem plurimum impediabar, hoc est, praesertim cupidus uos aedeundi, iter aggrediens interpellatus sum, & detentus.

